A. D. 1917. Nrus XI.

CURRENDA

Nrus 2487/praes.

Litterae Nominationis Vicarii Generalis et Officialis.

Jllustrissimo ac Reverendissimo Domino
Clarissimo S. Th. Dri Bąba Josepho,
Protonotario Apostolico ad instar participantium,
Praelato Domestico Suae Sanctitatis,
Praeposito Infulato Capituli Cathedralis
Salutem et Pastoralem Benedictionem in Domino!

Cum onus episcopalis ministerii tanti sit momenti, ut etiam ipsis angelicis humeris formidandum videatur, opere pretium duximus in administratione Dioecesis Tarnoviensis, quam Pastor Aeternus Nostrae imbecillitati superimposuit, propter eiusdem amplitudinem et Nostram non satis firmam valetudinem Vicarium idoneum advocare, qui partem sollicitudinis Nostrae in se assumendo pondus, quo ultra vires premimur, alleviet.

Hinc aciem Nostrae mentis in personam Illustrissmae et Reverendissimae Dominationis Tuae dirigentes et de prudentia, scientia et experientia aliisque, quibus polles, virtutibus, plene confisi, Te Nostrum Vicarium Generalem et Officialem in spiritualibus et temporalibus tenore praesentium facimus, constituimus et deputamus dantes et concedentes Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi Tuae praeter mandatum generale ad tramitem iuris potestatem et mandatum speciale videndi et cognoscendi causas matrimoniales, ad beneficia curata concursum indicendi et ad ea praesentatos instituendi, litteras testimoniales et dimissoriales concedendi, a casibus Sedi Nostrae reservatis absolvendi et aliis confessariis, ut ab iisdem absolvere possint, facultatem delegandi, confraternitates canonice erigendi et aggregandi, voluntatem puellarum habitum religionis suscipere sive profiteri volentium explorandi aliisque viris ecclesiasticis probatae virtutis et prudentiae hanc facultatem concedendi, monasteria monialium ingrediendi, licentias pro ingressu in clausuram monialium pro rebus tantum necessariis concedendi, litteras apostolicas Nobis seu Vicario Nostro directas et dirigendas aperiendi et, nisi industria personae eligatur, exequendi, facultatibus a Sancta Sede concessis utendi et aliis in casibus particularibus easdem subdelegandi, unum vel plures vicarios Nobis absentibus in casu alicuius necessitatis cum eadem vel minori auctoritate nomine Nostro ad tempus substituendi et cetera exercendi, quae ad officium vicariatus noscuntur pertinere.

Volumus autem, quod in Vicarium et Officialem Nostrum Generalem omnes

Nobis in episcopatu et iurisdictione subiecti Illustrissimam et Reverendissimam Dominationem Tuam recognoscant, recipiant et admittant, atque, ut par est, Tibi oboediant.

In quorum fidem praesentia manu Nostra signata et Sigillo Curiali munita Dedimnus in Aedibus Nostrs Episcopalibus.

Tarnoviae, die 12. Junii 1917

† *Leo*
Episcopus

L. 3151.

Udzielanie nauki religii aresztantom.

W skutek reskryptu Prezydyum c. k. Sądu kraj. wyż. w Krakowie z dn. 30. kwietnia 1917 l. 1093/17 polecamy P. T. Duchowieństwu w miejscowościach będących siedzibą sądów powiatowych, aby chętnie spieszyło i nie szczędziło trudów w udzielaniu nauki ręligii aresztantom. O ile systematyczne udzielanie religii okazałoby się niemożliwem, należy przynajmniej z okazyi świąt uroczystych, w wigilie tychże odbywać z aresztantami odpowiednie praktyki religijne.

L. 3988.

Tutejszy Ks. Kapelan wojskowy odniósł się do nas z prośbą, by mu ułatwić zebranie pewnych dat statystycznych w celach wojskowych. W tym celu przeszle on urzędom parafialnym formularze, które P. T. Duchowieństwo zechce w miarę możności wypełnić i odesłać na jego ręce.

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Instituti: A. RR. DD. *Osmólski Ladislaus,* Admin. vac. benef. in Cerekiew ad idem benef.; *Stabrawa Josephus,* Coop. expos. in Wola rzędzińska, ad benef. in Mszana dolna; *Mucha Valentinus,* Admin. vac. benef. in Luszowice, ad idem benef. et *Kloch Josephus,* Admin. vacantis benef in Łękawica, ad idem benef.

Decorati: A. RR. DD. *Frączkiewicz Adam,* Professor et Catecheta e. r. Scholae realis Tarnoviae et *Biliński Andreas,* Catechete Scholae puell. in Bochnia, privil. R. et M. et *Gawor Josephus,* Parochus in Muszyna atque *Kocyan Stanislaus,* Catecheta Schol. puer. Tarnoviae, usu Expositorii canonicalis.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 30. czerwca 1917.

Ks. Dr Władysław Mysor
kanclerz

† *Leon*
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.